

antequam martyrio esset laureatus, quod accidit anno Christi 69, ergo post primam, hanc secundam scripsit ferè 24. annis: nam primam scripsit anno Christi 45. Hinc deducitur hanc secundam epistolam scriptam ex carcere Mamertino, ubi fuit Apostolus per novem menses.

741. Ad id, quod obijciunt Hæretici ex diverso stylo, nondum facile dissolvit D. Hieronymus Epistola 105. ad Edibiam, quæst. 11. & sic ait: *Duo, quæ feruntur epistola Petri stylo inter se, & charactere discrepant, structuraque verborum, ex quo intelligimus pro diversitate rerum diversis eum usum interpretibus, prioris, namque epistola fuit Marcus, ut patet ex capite 5. num. 11. & 13. Hujus verò posterioris videtur fuisse Glau- cias, cujus meminit Alexander lib. 7. Stromatum.*

Clem. Alex. Ac proinde pro diversitate Interpretum diversus potuit esse stylus; & valde frequens est usus apud rectè scribentes, ut pro rerum, locorum, temporum, ac personarum varietate, nunc grandiori, nunc humiliori dicendi charactere utantur, & frequenter senes diversum stylum assumunt ab eo, quem obtinuerunt in juvenutis flore, & D. Paulus diversa methodo scribit ad Hebræos, ac ad alios. Unde hæc epistola multum differt à cæteris Divi Pauli, & hæc epistola D. Petri non multum differt à prima, utraque plena est charitate, ac vigilantia super oves. Ad confirmat. ex Syriaco Textu S. Ephrem, & S. Damasc. uterque Syrus hanc epistolam ut Canonicam recipiunt, & venerantur, & esse translatam ex Syro in Latinum à Balthasare Ezechio testatur Possévinus in apparatu.

S. Ephrem. D. Damasc.

Possévinus.

Opera D. Petri in multa estimatione, & an alia scripta ab eo.

744. Sanctus Bonifacius primus Moguntæ Episcopus, & Germaniæ dictus Apostolus, ad quam à Gregorio secundo missus ad fidem prædicandam, & multos ad Christum lucratos est, & tandem in Phrisia martyr occubuit, de quo *Martyrolog. Romanum 5 die Junii*: in tanta estimatione habebat D. Petri epistolas, ut eas aureis litteris polltaverit sibi describi ab Ead- burga Abbatisa, ut constat ex ejus epistola, quam adducit Baronius tom 9. pag. 39.

Baronius.

745.

Antiquitus quinque libri nomine D. Petri circumferebantur, scilicet Acta, Prædicatio, Evangelium, Apocalypsis, & Judicium. Sed talia opera esse supposita, & factum omnino à Divo Petrosadulterinum, testatur D. Hieron. de scriptor. Ecclesiast. in Petro, & Rufinus etiam in exposit. Symboli. Sic & Similiter itinerarium D. Petri, sub nomine Sancti Clementis editum, inter Apocrypha annumerat Gelasius Papa dist. 15. cap. 5. Romana.

D. Hieron. Rufinus.

Gelasius.

QUESTIO XVIII.

De Epistolis B. Joannis Apostoli.

SUMMARIUM.

747. Prima epistola Joannis ab omnibus recepta & tanquam Sol fulget inter alias.

748. Quare D. Joannes in hac epistola tacet suum nomen, & n. 749.

750. Ad Ephesos, vel Paribos scripsit.

751. De tempore, quo scripsit.

752. Tres fuerunt Joannes, sed Joannes Marcus, & Presbyter distincti ab Evangelista, & num. 754. & 755.

756. De fide, Joannes Evangelista Auctor harum Epistolarum, & n. 757.

758. Electa nobilis matrona pauperes alebat, ac recipiebat, & n. 759.

760. Cæsus hospitio recipiebat Christianos, & Apostolos Paulum, & Joannem, & numero 761.

Epistola Prima.

DE hoc magno, ac præclarissimo Apostolo, & Evangelista multa dixi tom. 5. in Evangelia, lib. 9. cap. 8. per totum, & tom. 6. in Evangel. Joan. cap. 21 & tom. 1. in Apoc. cap. 4. quæst. 31. tom. 2. in Apocal. cap. 21. quæst. 27. Quæ videnda sunt; nunc verò de epistolis ab eo scriptis dicendum.

Hinc primam epistolam Joannis illius propriam, & germanam ab omnibus habetur receptam, testatur D. Hieron. de Scripturis Ecclesiasticis in Joanne, quæ veluti Sol in medio Planetarum resplendet; nam tres super se habet; & toridem sub se Planetas; itaque hæc prima epistola inter alias Canonicas, tanquam Sol fulgentissimus coruscat, habet ante Jacobi unam, & Petri duas; at verò post se duas alias habet à se conscriptas, & tertiam Judæ Apostoli fratris Jacobi, & omnes suos fulgentissimo splendore maximè illustrat, Epistola hæc à Patribus, ac Conciliis ut Canonica sine ulla controversia recipitur, & veneratur, & hoc privilegio gaudet, sicut prima Petri, quod nullus de ea dubitare, vel jam negare ausus est.

Quare hic D. Joannes suum nomen non exponit.

Ut in duabus epistolis sequentibus secunda nempe, & tertia, ad quod responder D. Gregorius Magnus, quod in libris Canonicis non sit requirendus Auctor, cum illorum principalis sit Spiritus sanctus, sic ait S. Doctor Præfat. in Job cap. 1. *Cum Auctor libri Spiritus sanctus fideliter credatur, ipse igitur hæc scripsit, qui hæc scribenda dictavit. Si magni cujusdam viri susceptis epistola, legeremus verba, eaque quo calamo scripta quæramus, ridiculum esset, &c.*

Deinde tres rationes peculiare subijcio. Primo noster Evangelista in secunda, & tertia epistolis sequentibus, non se ipsum exprimit sub nomine Joannis, sed sub nomine Senioris: *Senior Electa Domine*, & in tertia *Senior Cajo Clarissimo*. Sic etiam in hac prima ait cap. 2. *Filii mei hæc scribo vobis. Cum filios appellat, se Seniore dicit, & ideo superfluum fuit tale nomen apponere.* Secundo, D. Joannes præsentem epistolam, non tam suo nomine, sed tanquam ex communi Apostolorum sententia scribit, D. ideo in plurali semper loquitur. Incipiens: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod*

746.

747.

1. Petri.

748.

D. Gregor.

749.

2. Joan. 11.

1. Joan. 1.

quod perpeximus, & manus nostra convectaverunt de verbo vita, annuntiamus vobis, ad vocatum habemus. Et multoties diximus, annuntiamus, habemus &c. Tertio. Cum Div. Joannes esset in exilio causa Christianæ Religionis, inde subicit suum nomen, ne ad quos mittebat, & per quem mittebat, ne forte ex epistola absque justa causa fieret aliquod detrimentum, sic Apostolus Paulus scribens ad Hebræos subicit suum nomen, ne nominis manifestatio lectionis utilitatem excluderet, ut testis est D. Hieron. de scripturis Ecclesiasticis in Paulo, Et sæpe viri magni, ac Patres subicent suam nomen in suis operibus, ut notat Tertullian. de Prescriptionibus Apostolicis, Et frequenter ob suam humilitatem, maxime cum Joannes hic dicat se vidisse, ac contractasse verba vitæ, ut dicam ex Sancto Ambrosio.

Ad Hebr.

D. Hieron.

Tertull.

750.

Rom.

Hyginus.

Joan. prim. Papa.

D. August.

Act. 1.

751.

Baronius.

D. Joannes jam senex, totusque Christum anhelans, in ipsoque absorptus, & terrenorum oblitus, prætermittit salutationem, ut etiam Paulus ad Romanos, ac etiam nomina eorum ad quos scribebat, qui secundum multorum sententiam erant *Ephesi*, apud quos diu vixit, ipsaque Ecclesiæ rexerit. Alii volunt fuisse Paribos. Ita Hyginus antiquissimus septimus summus Pontifex à Petro epistola 1. ad Paribos. Et Joannes primus Papa epistola 2. ad Valerium. Et D. Augustinus tom. 4. in quæstionibus Evang. cap. 39. Erant isti Paribi, de quibus dicitur Act. 2. *Erant autem habitantes in Jerusalem Judæi, & Paribi, & Meæi.* Et quia Apostolus in hac epistola ad finem ait: *Custodite vos à simulacris*, à quibus maximè Judæi abhorrebant, ideo juxta Patres citatos, isti Paribi quidam ex gentilitate, qui colebant idola, alii verò ex circumcissione ad Christum conversi.

Circa tempus, quo Joannes has epistolas scripserit, non habemus fundamentum certum ad hoc, vel illud potius assignandum, cum tam in secunda, quàm tertia, se seniore dicat; inde certum deducitur, quod fuerit circa ultimum tempus suæ ætatis, ac proinde sub eodem tempore scriptæ videntur hæc epistolæ, quo ipse suum Evangelium litteris mandavit, ob intimam consonantiam, & connexionem, quam doctrina harum epistolarum habet cum ejus Evangelio, quæ omnia ad annum Christi 99. consignat Baronius, qui fuit Clementis Pontificis septimus, Nervæ Imperatoris primus.

Secunda, & Tertia epistola Joannis.

752. Fecerunt antiquius, qui dubitarunt, an hæc secunda, & tertia epistola sit Canonica, & an utriusque sit Auctor Joannes Evangelista, ut testatur Balebius lib. 3. *Histor. cap. 19.* & D. Hieron. de Scripturis Ecclesiasticis in Joannem. Et hujus sententiæ immerito faciunt Papiam Joannis Apostoli discipulum, qui non negat hanc epistolam esse illius, sed tantum affirmat duos fuisse Joannes, cujus autem sit secunda, & tertia epistola non determinat.

D. Hieron. Eusebius.

Papias.

753.

Act. 12.

Pro hujus rei majori intelligentia sciendum est tres fuisse Joannes. Primus noster Evangelista. Secundus Joannes dictus Marcus. Act. 12. num. 12. Sic habetur Petrus à car-

tere venit ad dominum Maria matris Joannis, qui cognominatus est Marcus. Et iterum vers. 15. *Assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus.* Similiter cap. 15. num. 37. Et hic erat Apostolorum scætor, & non Apostolus, ut notat D. Dorotheus in Synopsi; ac proinde distinctus à nostro Evangelista: quod aperte constat ex Secunda Pauli ad Timoth. cap. 2. n. 2. Tim. 2. 11. Ubi Apostolus ex Epheso vocatus Timotheum ad Romam, præcepit ei, ut secum adducat Marcum, id est Joannem Marcum; Joannes Apostolus non venit Romam cum Timotheo, ergo omnino distinctus est.

Act. 13.

D. Dorotheus.

2. Tim. 2.

754.

Ex quo etiam convincitur, quod epistola non sit à Joanne Presbytero, qui omnino est diversus à nostro Joanne Evangelista; & quamvis Joannes Presbyter esset valde eruditus, & inde nomen haberet Theologi, ex quo aliqui arripuerunt anam ad eum confundendum cum nostro Apostolo, qui ob suam profundam scientiam dictus est Theologus. Nihil hoc facit, quia ad similitudinem nostri Apostoli ille dicitur Theologus, & ut advertit Dydimus Alexandrinus lib. 7. cap. 20. Ephesi, Dydimus ostenduntur sepulchra distincta, unum, in quo reconditus est Joannes Apostolus; Alterum, in quo jacet Joannes Presbyter.

Nec argumentum adversariorum alicujus est considerationis, quia in his secunda, & tertia Joannes se dicit seniore, Senior Electa. Et iterum Senior Cajo clarissimo. Senior autem Græcè idem est ac Presbyter. Respondetur, quod Joannes Apostolus se dicit seniore, quia illo tuæ tempore Presbyter, & Episcopus pro eodem sumebantur, ut patet ex 1. Timoth. 4. num. 14. & notat D. Hieron. epistol. 1. Tim. 4. 85. ad Evagrium. Deinde Joannes se dicit seniore, quia ipse valde profectus erat ætate plenus dierum, ac senior omnium Christianorum; cum ergo se dicit seniore, hoc est valde annosum, sic Joan. 21. num. 18. ait Dominus Petro: *Cum autem senueris, extendes manus tuas.* Seu ut alii legunt, *cum senex factus fueris*, ex Græco legi potest, *cum Presbyter fueris*. Ibi Presbyter non significat sacerdotem, nec Episcopum, sed hominem annosum ac plenum dierum. Sic & in præsentem D. Ambrosio in Psalm 36 *Junior fui, etenim se-* D. Ambros. *nui*, quos Joannes se dicit seniore, ne se Apostolum nominaret sicut Apocalyp. 1. se dicit servum non Apostolum.

755.

Græcus.

Joan. 1.

Circus.

D. Ambros.

Apocal. 1.

Dicendum est de fide certum esse auctorem secundæ, & tertiæ epistolæ esse Joannem Apostolum, ac Evangelistam. Ita definitum est in Concilio Laodic. cap. 59. Carthag. III. cap. 47. *Trid. sess. 4. Canon. Apostolorum 84. & constantanter omnes Patres has duas epistolas ut Canonicas Joannis recipiunt, ac venerantur.* D. Chryso- stomus homil. 9. in Math. Noster D. Cyrillus lib. 8. de Adoratione in spiritu & veritate D. Athanasius epistol. 39. numerans libros novi Testamenti. Nazianz. in Carm. de eisdem libris scripture. D. Damascen. lib. 4. de Orthod. fide cap. 18. D. Hieron. epistola ad Paulum, cujus verba supra retuli quæst. 15. num. 8. 6. D. August. de doctrina Christiana. Amb. in Psalm. 36. S. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 7. & multi alii Patres, quos citant Iodocus Coccius in The- sauro Catholico lib. 6. art. 26.

756.

Concil.

Laodicenf.

Tridept

Can. Apost.

D. Chryst.

D. Cyrill.

Anastat.

D. Nazian.

D. Damasc.

D. Hieron.

D. August.

757.

Probatur ratione. Nam si omnes epistolas



Anagraphas hoc est sine ullo titulo, ac inscriptione legeremus, ipse dicendi modus, ac stylus nobis aperte ostenderet esse Iohannem Evangelistam: nam sicut ex similitudine facierum, filii ex eodem Patre geniti agnoscerentur, sic tres istae epistolae, verbis, sententiis, stylo, charactere, ignito fervore charitatis consonantia, ac cohaerentia cum Evangelio ipsius, cum tam aperto testimonio divinitatis Christi, ac Sanctissimae Trinitatis clarè, & manifestè deprehendat Iohannem Evangelistam illarum trium esse Auctorem, ac Scriptorem.

Electa Domina.

758. Secunda epistola incipit. Senior Electa Domina, & natis ejus: fuerunt multi, & graves Auctores qui per Electam Domnam, Ecclesiam intelligerent, & per natos filios ejus spirituales in Christo regeneratos. Sed vera, & communis sententia est, quod erat quaedam mulier valde nobilis, & dives habens filios, & omnia sua erogabat pauperibus Christi, eoque alimentabat, cujus opera Apostolus laudat, & confirmat in bono, ne seducatur à malignis, ac adversariis. Flavius Dexter anno Christi 100, sic habet. Sanctus Dionysius scribit librum de divinis nominibus anno Christi 105. Sanctus Joannes scripsit ad Persiam faminam Electam, secundam epistolam, qua velus Ecclesia illius civitatis parens mira largitate, & charitate tunc florebat. Sic & ait Espencæus hanc Electam vocatam fuisse Drufianam, & Iohannem Evangelistam hospitio suscepisse.

759. Nec obstat id, quod aliqui obijciunt videri inconueniens, quod liber Canonicus scribatur ad mulierem; Plebs Christiana constat ex masculis, & feminis; qui omnes erudiendi sunt in Christo, sic ait Paulus ad Galatas 3. numero 28 Non est Iudaeus, neque Graecus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina, omnes enim vos unum estis in Christo Iesu.

Caius Charissimus.

760. Ad hunc Caium missa est Tertia epistola Iohannis, & difficultates, quae contra hanc epistolam obijciuntur, jam proximè cum de secunda epistola egimus solutae sunt. Hic Caius fuit vir magnus, dives, ac praclarus Ephesi, natione Hispanus, ut ait Lucius Dexter anno Christi 70. Onuphrius anno Christi 114. putat eum fuisse Romanum, & tertium Mediolani Episcopum. Baptizatus fuit à D. Paulo, ut ipse testatur 1. Corinth. 1. num. 14. Neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum, & Caium. Vir iste insignis charitate hospitalitatis, de quo noster Evangelista eum laudat, n. 5. Charissime fideliter facis, quidquid operaris in fratres, hoc est in peregrinos. Et juxta Bedam, Glossam, Lyran, Hugonem, Dionys. Ansbertum, ad cap. 16 Rom. num. 23. ubi Paulus de Corintho scribens ad Romanos ait, Salutat vos Caius hospes meus, & uniuersa Ecclesia, Hospes latine significat, qui excipit, ac recipitur; ac proinde hospes meus, id est apud quem ego hospitio receptus; Hospes meus, & uniuersa Ecclesia. Syrus, & Beda legunt, uniuersa Ecclesia, quia non solum Paulum, sed etiam

Flavius Dionys.

Espencæus.

Ad Gal. 3.

Luc. Dexter. Ouphris.

1. Corinth.

Beda. Glossa. Lyran. Hugo. Dionys. Ansbert. Rom. 16.

quoslibet de Ecclesia hospitio excipiebat, de quo etiam noster Iohannes cum hic laudatur est dictum.

Hic Caius fuit valde familiaris sancto Joanni, ut testatur sanctus Athanasius in Synopsi, qui etiam eundem dicente Sancto Iohanne scripsisse ejus Evangelium. Metaphrastes in vita Sancti Iohannis affirmat, quod etiam ipse Caius excepit hospitio Sanctum ab exilio revertentem, eique sanctum Iohannem tradidisse suum Evangelium legendum, retinendum ac manifestandum, ad hunc tantum virum Iohannes hanc brevem scribit epistolam.

QUESTIO XIX.

De Epistola B. Iudae Apostoli.

SUMMARIUM.

- 762 Cur Divus Iudas dicitur Labbanus.
763 Dicitur filius Mariae Alphae, & quomodo dicitur soror Virginis.
764 Haereticis negari esse epistolam Canonicam.
765 Fide tenendum esse Canonicam.
766 Argumenta adversariorum.
767 Apostoli non semper senominantur Apostolos.
768 Apostoli frequenter scribebant Graeco sermone.
769 Ex eo quod aliquid non referatur in Scriptura non est de falsitate arguendum.
770 Liber Henoc, esto sic Apocryphus, rectè, id quod est verum, citari potest, & num. 771. 772. 773.

Auctor hujus epistolae est Iudas Apostolus, qui à D. Matthaeo 10. num. 3. dicitur Thaddaeus, dicitur etiam à Graecis, ac aliis multis Labbanus, ut notat Dorotheus in Synopsi. D. Chrysostomus in cap. 10. Matthaei. Nicephorus lib. 2. cap. 40. & 44. & etiam legit Syrus. Labbanus interpretatur à D. Hieronymo in cap. 10. Matthaei ex voce Hebraica, quae significat cor, vel leonem; inde sanctus Iudas dicitur Labbanus, id est homo cordatus, generosus ac animosus ob praclarum, ob eximiam generositatem, ac fortitudinem, quam ostendit in praedicando Evangelium, & confundendo, ac comprimendo idololatras, ac Haereticos, de ejus laudibus multa dixi tom. 2. in Apocal. cap. 1. q. 33 per totam.

Auctor hujus epistolae est Iudas, non Iscariotes, sed dictus Thaddaeus Frater Iacobi minoris, qui cognominatus est Frater Domini, habuit Matrem Mariam Alphae, seu Cleophae uxorem, quae à D. Marco 15. num. 40. Mater Iacobi vocatur. Cumque assitit juxta crucem, etiam dicitur soror B. Virginis. Joan. 19. n. 25. non quod proprie fuerit soror ejus, filius scilicet sanctorum Iochim, ac Annæ, ut existimantur Helvidius Theodoret. Luc. 6. Anselmus Galat. 1. Sed soror, phrasi Hebraeae, id est cognata, vel consobrina, haec ergo Maria Alphae Cleophae quatuor habuit illusterrimos filios, qui à Christo vocati sunt ad Apostolatam, tres scilicet Iacobus, Iudas, & Simon, quartus fuit Ioseph cognominatus iustus

761.

D. Anastas.

Metaphras.

Dorotheus. D. Chry.

D. Hieron.

762.

Mar. 15.

Joan. 19.

Helvidius. Theodoret. Anselm.

iustus

justus, qui ad sortem vocatus cum Matthia Auctor. 1. qui omnes Matth. 13. num. 51. vocantur Christi fratres, id est more Hebraeorum consanguinei, vel fratres, sicut mater ejus vocatur soror; id est cognata Sanctissimae Virginis Mariae. Ita tenent, & ex multis probant D. Hieron. contra Helvidium. Beda in cap. 2. Ioan. Rupert. in cap. 1. Matthaei. Magister in 4. distinct. 30. cap. B. Maria. D. Thomas 3. part. quæst. 28. art. 3. ad 5. Canis. lib. 1. de Deipara, cap. 3. Suar. tom. 2. ad 3. part. disp. 5. sect. 4. Tolentus in Ioan. cap. 2. Annot. 18. quod latè dixi, & explicavi tom. 2. in Evangel. cap. 9. & tom. 3. cap. 30. q. 1.

Auctor hujus Epistolae.

Hanc epistolam esse Canonicam negarunt Haeretici, Lutherus, Centuriatores, Brentius, & alii, imò Doctissimus Cardinalis Caietanus videtur de ejus auctoritate dubitare, eorum fundamenta statim apponam.

De fide tenendum est hanc epistolam esse Canonicam, sic definitum est in Concilio Romano sub Damaso Papa, & in Concilio Laodicensi. cap. 58. Carthag. cap. 47. Florentin. & Trident. sess. 4. Eugenius Papa in epistola ad Armenum; constantissime omnes Patres ex Graecis D. Dionys. de divinis nominibus ca. 4. D. Ephi. phan. D. Nazianz. Dydimus, Oecumenius, D. Anastasius, Ephrem, D. Chrysostom. ex Latinis, D. Hieronym. de Scriptor. Eccles. in Iuda. Cornelius, Innocentius Primus; S. Cyprianus, S. Ambrosius, S. Augustinus, & Rufinus, Philastrius, Cassianus, S. Prosper, S. Alcuinus. S. Gregorius, Beda, Rabanus. S. Fulgentius, S. Remig. Angelomus, quos omnes latè, & fusè adducunt, & citant Jodocus Coccius in Thesuro Catholico, tom. 1. lib. 6. pag. 370. Bellarm. lib. 1. de verbo Dei, cap. 18.

Haeretici contra hanc veritatem Catholicam multa obijciunt. Et Primò, quia Iudas se non nominat Apostolum. cum alii in suis epistolis se soleant frequenter Apostolos nominare. Secundò, cum in Perside Evangelium promulgaret, non Graecè, sed Persicè scripturus erat. Tertio, facit mentionem de alteratione Archangeli Michaelis cum Diabolo, de Moysis corpore, quae nunquam in sacris libris legitur. Quarto, quia in ea profertur testimonium de libro Henoch, qui liber est Apocryphus.

Ad primum argumentum, nihil concludit, ex eo quod Iudas non se nominat Apostolum: nam etiam Divus Paulus in epistola ad Philippenses, neque in duabus ad Thessalon. neque ad Philemonem, se Apostolum dicit; nec Iacobus in sua Canonica, nec Joannes in suis tribus epistolis, nec in Adocalypsi se Apostolum vocat, sed tantum servum, sicut noster apostolus Iudas, sibi tamen nomen servum appropriat, quod erat character Christianae militiae.

Ad secundum fundamentum, quod obijciunt, quia Iudas fidei Catholicam in Perside praedicavit, Persica ergo lingua debuit scribere. Argumentum nullius est ponderis: Petrus Romae praedicavit in Romanae duas epistolas scripsit, & tamen non lingua Latina, sed Graeca; sicut Paulus omnes suas episto-

las, excepta ad Hebraeos; cum scriberet ad varias Nationes, Romanos, Arianos, seu Ephesios, ac alios Graeco idiomate est usus; sicut & Jacobus cum literas suas mandaret ad Judaeos per totum orbem dispersos. Lingua enim Graeca erat tunc valde communis, ac vulgaris apud omnes; deinde sacri Apostoli sic scribebant suas epistolas ad homines unius, vel alterius nationis, quamvis primario ad illos scriberent, tamen secundario ad omnes Catholicos suam doctrinam dirigebant, & ideo communi omnium idiomate utebantur.

Ad tertium de altercatione Michaelis cum Diabolo super Moysis corpus, inutile sumitur argumentum. Nam ex Apocalypsi 12. Apoc. 12. num. 7. constat Michaeli preliari cum Dracone: ex quibus deducitur, Michaeli solum pugnare cum Dracone. Constat enim cadaver Moysis occultè à Domino sepultum. Deut. 34. num. 6. ne à populo ad idololatriam prono adoraretur. Quid ergo mirum, si Michael pugnabat cum Dracone, pro Moysis corpore non detegendo? Quod verò in Scriptura nulla fiat mentio de hac re, nil inde potest concludere de falsitate; unde merito ridet Toletus. Sancti Joannis Annotat. 3. Quod Anabaptistae ab Evangelio Joannis radebant historiam de Paralytico ad Piscinam Probaticam, eo quod nec Scriptura, nec Iosephus, nec Philo Hebraeus de illa faciant mentionem: similiter parum Sobrius Ulicus Valenus dicebat falsum esse Pontificatum Petri in Roma, ac ibi colloquium ejus cum Paulo, quia de his non agit D. Lucas in Actibus Apostolorum: unde ait citatus Toletus, Ex tali silentio insinulare falsitatis ridiculum est, ac puerile. Quia excludit traditiones Ecclesiae, quod sapit haereticum, & etiam id quod constat ex gravissimis, ac probatissimis Auctoribus, ut multis exemplis demonstravi Opusculo primo, Resolut. 3. q. 14. numero 122.

Ad quartum argumentum de Henoc, dicimus quod Henoch fuit Propheta, qui vel viva voce prophetizavit, quae D. Iudas Apostolus accepit ex traditione, vel ex libro scripto ab Henoc: nam ut censet Tertullianus lib. de Habitu mulierum, cap. 3. servatus fuit ab Noè in Arca, vel ab ipso Spiritu sancto dicente memoriter redintegratus, ita etiam consentiunt, & tenent D. Hieronymus de Scripturis Ecclesiasticis in Henoch. D. Athanasius in Synopsi Clemens lib. 3. Stromatum, & hic Beda; Dydimus, Carthusianus, & alii, & liber Henoch frequenter citatus in testamento duodecim Patriarcharum, quem etiam frequenter citant, & laudant Origenes, ac Procopius, & licet modo non extet, potuit perire, sicut perierunt multi alii, ut libri Nathan Prophetæ, Gad vidensis, & multorum aliorum, viginti retuli supra Resolut. 1. quæst. 4. num. 46. Ita etiam liber verus, ac legitimus Henoch potuit perire. Dixi legitimus, & verus: nam tempore D. Augustini, ut ipse testatur lib. 18. de Civit. cap. 38. erat valde corruptus & adulterinus, dicebat enim videntes filii Dei filias hominum, scilicet Angeli, qui docuerunt homines amare mulieres, & multas alias fabellas, ac mendacia; potuit autem hic liber Henoch esse legitimus, & verus, & postea esse corruptus; Iudas Apostolus citat eum in his, quae vera dixit

Matth. 13.

D. Hieron. Beda. Rupert. Magist. D. Thom. Canisius. Suarez. Toletan.

764. Luther. Centuria. Brentius.

765. Roman. Laodiceus. Florent. Eugenius. Byonys. D. Ephi. phan. Nazianz. Dydimus. Oecumen. D. Athanas. Ephrem. D. Chry. Jodocus. Bellarm.

766.

767.

Ad Philip. ad Thess. ad Philem. Joannes. Iacobus.

768.

Petrus.

Paulus.

769.

Apoc. 12.

Deuter 34.

Toletus.

Iosephus. Philo.

D. Lucas.

770.

Tertul.

D. Hieron.

D. Athan.

Clement.

Beda.

Dydimus.

Origen.

Procop.

D. August.

repletis